

# BETHLEN GÁBOR ÉS IV. KERESZTÉLY DÁN KIRÁLY

(1625 — 1628.)

— Közlemények a koppe ihági kir. levéltárból. —

## I.

*IV. Keresztély királynak, Bethlen Gáborhoz intézett levelei.*

### 1.

Nienburgi 19. Octobris A. 1625.

Christianus IV.

Serenissime princeps, amice charissime, Gratissima nobis fuere S. V. litterae per Nobilem sincere, grateque nobis dilectum Matthiam Quadt, nobis exhibitae. Intelleximus enim ex eis S. V. singularem erga nos amorem et affectum fovere, quem etiam praedictus Quadt uberius oratione nobis exposuit, additis iis, de quibus a S. V. iussus erat nobiscum tractare. Aperuimus ei super iis animi et consilii nostri sententiam, quam ex ejus relatione S. V. percipere non gravetur, nosque eo amore, quem jam nos (*sic*) testata est, prosequi pergat, et hoc certo sibi persuadeat, nos nullam occasionem praetermissuros, qua parem affectum re ipsa S. V. declarare possimus. Cui prosperam valetudinem et felices successus enixe precamur. Dabantur.

### 2.

Nienburgi 16. Novembris A. 1625.

Christianus IV.

Serenissime princeps, amice charissime.

Cum hoc tempore S. V. minister, vir nobilis Sigismundus Zaklika huc transiret, quaedam de praesenti rerum statu, cum eo communicauimus, quae is ad S. V. perferenda prompte in se suscepit. Amice itaque a S. V. contendimus, ut ejus narrationi plenam fidem adhibeat, nec aliquid diuersum ab iis, quae ei exponit, per rumores, quae forsán hinc inde spargentur, sibi imprimi patiatur. De caetero S. V. prosperrimam valetudinem et felices successus amanter precamur. Dabantur.

## 3.

Nieburgi 29. Novembris A. 1625.

Christianus IV.

Serenissime princeps, amice charissime.

Ex S. V. litteris, die 5. hujus mensis datis, magna cum voluptate intelleximus, S. V., posteritatis ac famae desiderio tactam, de ea societate contrahenda, quae et diuinae legis auctoritate, et omnium ciuilitate et pie viuientium nationum consensu, ad-propagandum genus humanum recepta est, consilium coepisse. Quae voluptas inde aucta fuit, quod S. V. ex ea familia sociam sibi deligendam putauit, quae arctissima cognatione nobis conjuncta est. Deus O. M., cujus indubitata prouidentia, totum hoc negocium ita directum fuit hactenus, porro etiam eidem benedictione sua adesse velit, ut conjunctio haec in sanctissimi sui nominis honorem, Ecclesiae conseruationem, et totius Reipublicae Christianae bonum vergat. De caetero nihil nobis posset accidere iucundius; quam si S. V. desiderio obsecundare. et ad diem praefinitam solemnitati nuptiarum. coram interesse possemus. Verum, cum propter belli grauissimi, quo hoc tempore impliciti sumus, curam, ab his locis abesse nequeamus, speramus nos haud difficilem excusationem apud S. V. habituros. Nihilominus, ad testandum singularem, quo eandem prosequimur, amorem, per Legatos nostros officium hoc obibimus, si illi per obsessa itinera tuto illuc penetrare poterunt. Interim S. V. prosperium valetudinis usum, et felices omnium rerum successus amice precantes. Dabantur.

## 4.

Nieburgi 17. Decembris A. 1625.

Ajánló levél Puchaim Miklós Zsigmond báró részére, a ki egy ideig nővérének, a szász választó fejedelem özvegyének szolgálatában állott, és most Bethlennek készűl fölajánlani szolgálatait.

## 5.

Rottenburgi 30. Decembris A. 1625.

Christianus IV.

Serenissime princeps, amice charissime.

Fuit apud nos, elapso mense Octobri, vir nobilis, sincere grateque nobis dilectus Matthias Quadt, qui sub auctoritate et nomine S. V., grauissima quaedam negocia, totius Europae bonum

concernentia nobis proposuit. Quo animo ea a nobis accepta fuerint, et quale responsum tum ei dederimus, hoc ipse absque dubio S. V. fideliter explicabit. Nunc alia ex priori nata fuit causa, cur has ad S. V. dandas iudicauerimus. Nouit enim ea, jam ab aliquot annis Germaniam, non modo misere turbatam et afflictam, sed penitus ferme oppressam fuisse. Cum autem vicinorum omnium et vel cumprimis nostra intersit, ne status ejus pristinus conuellatur, aut in unius absolutum arbitrium ac dominium transferatur; ea propter, postquam benigniora remedia frustra tentassemus, tandem non modo Ipsi arma cepimus, verum etiam cum aliquot vicinis Principibus deliberandum duximus, quomodo malo huic obuiam iri, et Germaniae sua libertas, si aliter non liceret, armis restitui possit. Conuentus ea de causa habitus fuit Hagae in Hollandia, et foedus inter nos, Regem Magnae Britanniae et Ordines Belgii ita transactum, ut ad supremam ejus ratificationem, dies decima Martii proxime instantis, eodem in loco constitueretur, quod prolixius S. V. ex legato suo intelliget. Ex cujus relatione cum et nos cognouerimus, S. V., eodem quo nos desiderio teneri, in societatem ejus foederis eam inuitandam duximus. Si itaque S. V. placuerit ad dictam diem aliquem ex suis, cum sufficienti mandato, ablegare, et foederi isti se adjungere, faciet rem reipublicae utilem, foederatis omnibus gratissimam, et dignam ea constantia et magnanimitate, quam hactenus in bono publico promouendo praestitit. Idem nobis etiam de Ser. et Christ. Galliae Rege, Republica Veneta et Duce Sabandiae pollicemur. Satisfiet etiam tunc, uti speramus, S. V. desiderio, in omnibus istis capitibus, quae per legatum suum proposuit. Interim nos, hostibus binis exercitibus nos oppugnantibus, per Dei gratiam, ita resistimus, ut non habeant quod de successu gloriantur, copias etiam nostras in dies augemus, et firmiores reddimus. Per quam occasionem, cum omnes S. V. ditioni adjacentes Prouinciae omni prorsus praesidio nudatae, et nullus in iis miles sit, oportunitatem S. V. rei bene gerendae et de bono publico optime merendi habet, qua, ut quam celerrime uti velit, nec frustra eam labi patiat, summopere rogamus. Spondemus etiam nos ab hac parte, tantum negocii hostibus exhibituros, ne se illuc conuertere possint. De coetero S. V. diurnam firmam valetudinem et foelicem ad arma, quae eam capturam confidimus, successum speramus. Dabantur.

6.

Rottenburgi 30. Januarii A. 1626.

Christianus IV.

Serenissime princeps, amice charissime.

Cum cognouerimus S. V. paratam esse, ut cum valido exer-

citu, sub primi veris iuitium, nostram et nostrorum confoederatorum intentionem, de Germania in pristinum statum restituenda, iuvare possit; dubitare autem, an a confoederatis auxilia aliquot millium germanorum equitum et peditum, cum suis conjungendorum, et praeterea subsidium aliquot pecuniarum impetrare posset; idcirco S. V. certiore facendam duximus, Comitem Mansfeldicum non spernendas copias jam secum habere, et eas quotidie augere, ita ut intra parui temporis spatium, ad duodecim ad minimum millia equitum et peditum sub signis habiturus sit, cum quibus Deo bene iuvante, in finibus Silesiae se sistet, et cum S. V., dummodo de loco et tempore mature ab ea edoceatur, se coniunget. De subsidio pecuniario nos S. V. promittimus, confoederatos ei non defuturos, apud quos in proximo conuentu, qui ad diem decimam mensis Martii indictus est, nos effecturos recipimus, ut S. V. summa ista, quam a confoederatis per legatum suum postulavit, in singulos menses numeretur. Quae vice versa sedulo operam dabit, ut confoederatis in ea spe, quam, secundum ipsius oblata et promissa, de auxilio, causae communi ab eadem praestando conceperunt, non frustrentur, sed ut cum exercitu vicinas prouincias, nullo praesidio munitas, quam celerrime aggrediatur, ad quod perficiendum, uti et alios conatus et consilia ei prosperam valetudinem et felices successus a Deo O. M. ex animo precamur. Dabuntur.

P. S. Cum audierimus Comitem Schwartzbergicum, nomine Ser. Electoris Brandenburgensis ad S. V. profectum esse, monendam eam duximus, Comitem istum non valde bene affectum esse erga causam communem, et idcirco non inconsultum fore, si S. V., sub specie honoris, eum aliquandiu secum detinere possit, ne in aula Imperatoris, quam eum in reditu inuisere velle audimus, consilia S. V., antequam expediat, diuulgare possit. Dabuntur ut in litteris.

## 7.

Wolferbyti 30. Maji A. 1626.

Christianus IV.

Serenissime princeps, amice charissime.

Ex binis S. V. litteris, quas vir nobilis, sincere grateque nobis dilectus Matthias Quadt nobis reddidit, intelleximus, ejusdem perseuerantiam in proposito, causam publicam iuvandi. Idem Quadtus consilia S. V. hac in re, et quae praeterea in mandatis habuit, fuse et prudenter nobis declaravit. Cui cum vicissim animi nostri sententiam, de omnibus capitibus, quae nobis proposuit, intentionem etiam nostram, circa totum hoc negocium aperuerimus, litteris hisce, quarum commercia hoc tempore parum-

tuta, S. V. amplius non morabimur, sed ejus fidei et dexteritati omnia referenda committentes, S. V. firmam valetudinem et prosperissimos successus in heroicis suis consiliis et conatibus a Deo V. M. serio et peramanter precamur. Dabantur.

## 8.

Stadae Calendis Martii A. 1627.

Christianus IV.

Serenissime princeps, amice charissime.

Ex diuersis, tam scripto, quam ore factis relationibus satis superque intelleximus, jam dudum ad S. V. aures delatum fuisse rumorem, ac si, positis armis, de pace recuperanda, cum aduersa parte tractatus institueremus. Coelare tamen S. V. non possumus, nos, licet ab honesta, bona et tuta pace alieni non simus, hactenus tamen nondum eo progressos fuisse, ut de ea postliminis reducenda, ultro citroque quidquam adhuc agere decreuerimus. Seculi ac maleuolcrum hominum ista peruersitas est, qui cum famae momenta utrinque magna esse, immo ea sola bella constare sciunt, id unice agunt, ut falsa pro veris, inania pro solidis, imprimis vero remotioribus ac longe ab invicem dissitis, falsitatis somnia ac glaucomata objicere queant. Necessarium igitur duximus, hoc S. V. scrupulum eximere, eique non tantum, per nobilem ac grate nobis dilectum ipsius legatum, prolixiorem de mente atque intentione nostra relationem facturum, sed etiam per hasce ipsi consignatas litteras, plenissimam securitatem praestare, nos neque in praesentiarum, neque in posterum ullum de pace tractatum, nedum eius consummationem, citra unanimum atque expressum S. V. ac reliquorum confoederatorum consensum initurum esse; omnino arbitrari S. V. id de inclyto nomine nostro, pro innata ac solita sua prudentia, vel tacentibus nobis, praesumpturam fuisse. Nos sane vanis rumoribus vacuas aures praebere nunquam voluimus, hoc tamen bona fide affirmare possumus, non tantum communi fama, sed et a certis auctoribus, immo a fidedignissimis, saepe ad nos allatum esse, S. V. non tantum de pace cum Imperatore ineunda tractasse, sed etiam jam pridem conclusam ac stabilem omnino consummasse. Qui tamen tantum abest ut fidem adjungere voluerimus, ut potius omnia egregia et praeclara de S. V. nobis polliciti fuerimus, nihil de eo certi, nisi missis ab ea legatis, aut litteris saltem ipsius certiorati, statuere volentes. Spes igitur nos fouet certissima, S. V. eadem nobiscum semita incessuram, nullamque, insciis nobis ac reliquis confoederatis, contra initi foederis pacta, pacem amplexuram; aut communi causae remoram aliquam injecturam esse. Quod superest, S. V. faustos rerum omnium successus com-

precantes, studia atque officia nostra, amica atque propensa animi voluntate, eidem deferimus. Reliqua ex ipsius legato cognoscet. Dabantur.

## 9.

Stadae 7. Aprilis A. 1627.

Megbizó levél »Domino Christiano Guilelmo Primati per Germaniam postulado, Administratori Archiepiscopatus Magdeburgensis, constituto Capitano Generali exercitus nostri in Silesia commorantis,« a kit Bethlenhez és a velencei köztársáshoz követségbe küld.

## 10.

Lauenburgi 30. Junii A. 1627.

Christianus IV.

Serenissime princeps, amice charissime.

Non fuimus immemores promissorum nostrorum, quae oratori S. V., de iterata submissione triginta millium tallerorum coram fecimus, et nisi mercatorum opera nos destituisset, jam dudum fidem nostram exsoluissemus. Belgici Ordines testatum id facient, quos vel eo, inter alia, nomine, per nostrum legatum compellauimus; sed quia et ipsi belli Persici difficultates praetexuerunt, eo factum est, ut conatus omnis noster hactenus, quod dolemus, frustra fuerit. Tandem tamen, et elapso fere praestituto tempore, inuentus est is, qui minime putabatur, et utcunque operam hanc suam ingenti aere, satisque aegre, nobis tandem addixerit; gratissimus tamen vel propterea fuit, quod et fidei nostrae et voluntatis vestrae duo charissima nobis pignora salua praestitit. Atque ista quidem, uti omnes promissorum nostrorum partes, secundum Deum, ingenua sinceritate adimplebit, ita de voluntate V. S. eandem quoque fiduciam firmiter concepit. Accipiet itaque S. V. dictam triginta millium promissam summam, nec solum morulam hanc exiguam solutionis excusatam habeat, sed quo fuit hactenus in nos inclinatissimo affectu, eodem deinceps et foederum nostrorum socios, maxime autem incomparabilem istam causam, qua Ecclesiae Christianae, libertatisque Germanicae reliquias recolligere aut asserere conamur, fortiter quoque prosequatur. Ita Silesica quoque arma nostra de subsidiis V. S. tempestiuis nihil dubitabunt. Et quantum hocce laudatissimo studio, tantum aeternitati monumentorum nostrorum extruenda impendisse apud posterorum nostrorum nepotes depraedicabimur. Vale. Dabantur.

## 11.

Nesbargi 5. Octobris 1627.

Ajánló levél János Frigyes szász herczeg részére, a ki Bethlent meglátogatni, és neki szolgálatait felajánlani készül.

## 12.

Hafniae 6. Februarii A. 1628.

Christianus IV.

Serenissime princeps, amice charissime.

S. V. hisce nostris certiore facimus, nos non solum epistolium ejus manuarium, ac ad proposita responsum litteris consignatum, bene ac decenter, accepisse, sed etiam humilimam fidelis nostri dilecti I. S., (?) ipsius nomine factam, relationem clementissime intellexisse. Cujus sane scopus unicus is fuit, S. m nempe V., ob initam cum Imperatoria Majestate pacem, a conclusa nobiscum aliisque. Regibus ac Principibus confoederatione minime recedere, nec singularem suum, antehac erga causam communem declaratum affectum propterea immutare voluisse; sed pace illa, utpote multis conditionibus limitata, non obstante, summa alacritate adhuc eidem succurrere paratam esse, modo indigitata in litteris ipsius media minime aspernati fuerimus. Celare igitur S. V. non possumus, nos una cum S. Magnae Britanniae Rege, nec non Illnis confoederatorum Belgii Provinciae statibus modis omnibus, ne pacis prope Budam conclusae sollemnis confirmatio effectum sortiatur, annisuros esse. De S. V. in eodem negotio diligentia ac vigilantia nihil omnino dubitantes. Pro stabili autem concordia inter Ser. Galliae ac Britanniae Reges iterum restauranda, tam litteris quam nuntiis, uti nihil intentatum relinquimus, et de prospero brevi restabiliendae ipsius euentu, spem non exiguam concipimus. Quod vero ad arctiorem cum S. Sveciae Rege unionem attinet, ea jam pridem, utriusque Regni bono, felicissimis auspiciis incepta, et in optimis terminis consummata est, sicut dubium omnino nullum sit, praedictum Sveciae Regem ad communis periculi propulsationem summis viribus auxilia nobis ministraturum, ac publicae libertatis orbem, ne nutare possit, cervicibus quoque suis suffulturum esse. Restat igitur requirenda solum S. V., quatenus apud Ser. Sveciae Regem per legatos, uti et nos fecimus, apud Polonos autem per litteras, prout recepit, inducias ad plusculos annos promouere, coetero autem copias suas ita dispositas ac in proinctu habere velit, ut si modo dictus Sveciae Rex ad expeditionem in Silesiam suscipiendam induci possit, S. V. paucos intra

dies secum eo conjungere, ac diuersionem causae communi expedientissimam instituendo, bellicae molis humeris nostris solum incumbentis partem hac ratione auertere, ac junctis viribus devoluere queat. Quod S. V. hisce literis peramice significandum duximus, cui singulari beneuolentia ac propensa voluntate quouis tempore promptissime addicti manemus. Prosperrimo rerum omnium, ad causae communis subleuationem directam successus ex animo eidem comprecantes, ac simul diuinae protectioni eandem commendantes. Dabantur.

(Mindezen levelek, a királyi leveles-könyvben, a kopenhágai kir. levéltárban.)

## II.

1626. Július 6.

*Bethlen Gábor IV. Keresztélynek.*

Serenissime et Fortissime Rex, Domine Affinis honorande. Non ita pridem ad Regiam Serenitatem Vestram *secretarium nostrum Hermannum Beckman expeditimus*, qui eandem *de constanti voluntate nostra omnino certam securamque reddat*, et rerum *contra hostes gerendarum ordinem pluribus exponat*. Nunc, *pro nostra in rem communem sollicitudine et vigilantia*, intermittere non possumus, quin Regiam Serenitatem Vestram *debito modo requiramus, ut nos ulterius de laudato et graui proposito et conatu suo certiores facere, ac num, ob cladem comitis Mansfeldici pristinorum consiliorum seriem mutauerit*, significare non grauetur. Interea nulli dubitamus Regiam Serenitatem Vestram, *considerata imminentium periculorum magnitudine, non solum Serenissimi Sueciae Regis aduentum in Germaniam serio urgere, sed etiam, pro singulari prudentia sua, constituisse, nonnisi certissima spe victoriae summam rerum tentare, et ut Comes Mansfeldius idem faciat, pro auctoritate sua jubere. Nos in priori declaratione nostra immobiles ac perpetui stamus, et futuro mense Augusto praesentis anni contra hostes uniuersas vires mouebimus, quod summa cum alacritate pridem factum, nisi tam multi et potentes exercitus una progressuri, ipsa rerum gerendarum mole, suaque magnitudine, quodammodo retardati essent. Etenim certissimi sumus Vezirium Budensem iamjam 60,000 militum contra Romanum Imperatorem educturum, quorum 30,000 intra Viennam et Jaurinum, castra metabuntur, et Romanum Imperatorem horrendum in modum affligent, 18,000 sub Bascha Bosnensi Croatiam, Carniolam in potestatem redigent, reliqui sub Illustribus Bassis Agriensi, Temeswariensi et Canisiensi, hostibus prope nouam arcem (sic) Nos cum flore*



*Nobilitatis Hungariae, liberorum Haidonum et Sicularum, Deo adjuvante, in Silesiam rectum iter pergitur; certo confisi, a Regia Serenitate Vestra, si forsitan Rex Sueciae nobiscum conjungere non posset, progredientibus validam germanici exercitus partem obviam missum iri, cuius virtute ea quae consequuturi sumus rectius conseruentur. Poloni, qui conatibus nostris soli aliquod impedimenti adferre potuissent, grauissimo nunc bello implicantur, tam ex parte Moscoviae, quam Tartarorum, quorum ipse Cham, cum 80,000 prope arcem Tegene ad fluium Nester tota aestate et autumno cas'ra metabitur, et alternatim singulis diebus 20,000 in Podoliam mittet, non raro regnum uniuersis viribus inundabit. De caetero firmiter credimus, Romanorum imperatorem vehementissime afflictum iri, si praeter alia funesta bella, Rex Galliae validam expeditionem ab oriente praesens periculum et immensas copias denique in propriis ditionibus fatales maximeque horrendos desperantis vulgi motus altius perpendat. Quae Regiae Serenitati Vestrae communicanda duximus. Cui a Deo Optimo Maximo longam victoriarum seriem et ad vota successus ardentem precamur. Datum in Aula nostra quae est Albae Juliae 6. Julii styli noni 1626.*

Vestrae Serenitatis Regiae

seruitor et affinis studiosus  
Gabriel.

*Kirül: Serenissimo Principi Domino Christiano Quarto Dei gratia Daniae Norvegiae Svecorum Gotthorum et Vandalorum Regi, Duci Slesvici et Holsatiae, Comiti Stormariae et Duhunariae, Domino in Oldenburgh et Delmenhorst etc. Domino Affini et Cognato nobis honorando.*

*Egykorú jegyzetel.*

Bethlen Gabor ps. im Hauptquartier zu Werumshausen 12. Aug. 1626.

Weil aber die Ciffren erst lang hernach von Berlin expliciert ist est damable nicht gelesen worden.

Gyürü pecsét.

A dült betükkel sze lettek titkos jelekkel, (számok.) Mellékelve a megoldás.

Eredetije a koppenhágai kir. levéltárban.

### III.

1627 elején.

*Bethlen Gábor követségnek, Quadt kapitánynak IV. Keresztélyhez intézett előterjesztése.*

Durchleuchtigster Grossmechtigster König Genedigster Herr.

Auf Euer königlich Maiestät genediget beliben und befell

hab ich solches wasz ich deroselben wegen Irer Fürstlichen Durchlaucht in Siebenbürgen, meines genedigsten Fürsten und Herrn, mündlicht vorbracht, auch schriftlich einzuwendigen unterthenigst nicht underlassen sollen.

Es lassen also I. F. D. E. K. M. ihre gefleissene willigste Dienst und was sie sonsten mehr liebs ehr und guts nach euszersten dero Kräften vermögen freundlichst vermelden . . .

(Jó kívánatok. Rég óhajtotta őt követe által üdvözölni. Az őt éves háború gátolta. Biztosítja »solcher ihrer gutter affection, devotion« felől. Mindig legfőbb törekvése volt a közügynek szolgálni. Most is kész.)

Also dan obzwar auch I. F. D. ietzo in gutter rhu sitzen, und ihre länder und leuthe friedtlich regiren, auch dem Unheill in etwasz entlegen, . . . so bedencken und betrachten dennoch I. F. D. . . . dasz das Übell und Unheill von tage zu tage mehr und mehr zunimmt, und von gegentheill ein weitausstehendes und zugefährliches werck vorgenommen wirdt, in dem nunmehr durch solches unerhörtes procedere die uhralte deutsche Freyheiten und privilegia aufgehoben, dasz gantze Röm. Reich deutscher nation under einer schändlichen Dienstbarkeit und unleidliche servitus zubringen man sich teglich bemühet, die evangelische wahre religion nicht allein ahn allen orten verhinndern, sondern auch gantzlich auszurotten man sich understehet.

Ennek következtében elhatározá fegyvert ragadni. Mivel pedig értesült, hogy a király hasonló szándékban van, szerencsét kíván neki.

Értesült ugyan utóbb, hogy a király a császárnál menteggette magát, és Tilly közvetítése által béketárgyalásokat kezdett. Kéri »E. M. wollten sich durch vielfeltige promessen und zusagen vor I. K. M. nicht übereilen, sondern vielmehr dero königliche reputation und das gemeine wesen ihr anbefohlen sein lassen.«

Figyelmezteti, hogy az osztrák ház nem nyugszik: »bisz sie entlich allein in Röm. Reich regiren, welches dann es ihnen gelingen solte, haben andere benachbarte potentaten leichtlicht zuerachten, wasfor gefahr ihnen daher entstehen würde. Vermeinen also I. F. D. diesweill das periculum commune, es solten die Königen und Fürsten ihre consilia, vires et opes conjungiren, und eine solche Verbündnisz machen, dadurch sie konnten dieser gefahr befreyet und enthoben sein, und E. K. M. in dem angefangenen werck secundiren.

Wan dan E. Kön. M. neben andern Königen und Fürsten auch I. F. D. meines genedigsten Fürsten und Herrn Hülffe und Beystandt hierinnen zu gebrauchen sich gefallen liessen, also seind I. F. D. nicht ungeneiget, mit nachfolgende conditiones in eine solche Verbündnisz und Union sich einzulassen.

1. Ertzlich dasz solche Union fest und aufrichtig zum Ende solle erhalten werden, inuicem minime sese deserentes, etiamsi infortunium aliquod simul vel divisim incurrendum foret. Dasz keiner auch vor sich selbst, entweder einen anstandt oder frieden, ohne vorwissen und beliben der anderen mit dem feind machen oder eingehen solle, sondern da es zur fridenstractation gerathen würde. solle derselbe unanimi consensu et consilio concludirt werden.

2. Derweill es I. F. D. ahn Fuszvolck manglen thut, vermeinten I. F. D., dasz entweder I. Kön. M. in Schweden sich mit I. F. D. conjungiren thäte, so wölten I. F. D. auch in der person mit 15 tausend ausserlesenen ungarichsen. Rheiter in Schlesien oder Mähren sich zu I. K. M. verfügen. In fall aber I. K. M. selbst nicht kommen konnten, dasz man demnoch I. F. D. 8 oder 9 tausendtz zu fusz und 2 tausendtz pferde zuschicken thete.

3. Dieweil auch I. F. D. durch den fünfjährigen Krieg sich selbs an geldt entblöset, auf dass sie also non zu solcher Hülffte füglicher gelangen und praestire konten, begern I. F. D. von der Union monatlich 40 tausendtz Reichsthaler. Denn sofern I. F. D. die waffen werden an die hand nehmen, werden sie aufs wenigste 40000 man zu veldt halten müssen. Denn erstlich wollen sie ein exercitum bey aich haben, mit welchen sie sich mit einem von der union conjungiren konten. Zum andern wollen I. F. D. ein lager zu Caschau schlagen, das dritte zu Tyrna, und das vierte zu Neuhensoll in under Ungarn.

4. In fall I. Kais. M. oder der König von Poln I. F. D. dieser Verbündnisz halber hernechst betetigen (?) und sich an ihn vindiciren wolten, dass alssdan die union verbunden sein solle I. F. D. mit alle Hülffte beyzustehen, biss die Sachen durch einige mitln vergleichen und beigelegt werden möchten. Welches denn auch in casu simili reciproce von I. F. D. praestirt werden solle.

Wann dann I. F. D. über diese conditionen assecurirt oder in der union mit eingenommen werden, versprechen und zusagen sie bey fürstlichen worten, das in ihr kein defect oder verzug gespürt werden solle, sondern wenn und zu welcherzeit es der union gefallen werde, es sey in sommer oder winter, in freülin oder herbst, so wollen I. F. D. mit ihrem exercitum auf und bereit sein.

Es haben auch über diesen I. F. D. ihre gedancken und meinung wie sie es darvorhalten, dass diss werck anzugreifen sey, E. K. M. prudentissimo judicio und censura underwerffen wollen.

Erstlich meinen I. F. D. dass mit allen fleiss dahin zutrachten und zu arbeiten sey, dass I. K. M. in Frankreich und der Hertzog in Savoyen den angefangenen Krieg in Italien fleissig

continuireten. Dass die Venetianer im Fryul eine diversion machten. Die herren staten in Hollandt gegen Spinolam alle ihre Kräfte anwendeten. E. K. M. neben andere Fürsten im Reiche gegen Tilly und der Pfaltz zugeugen theten. I. K. M. in Schweden, mit deroselben sich I. F. D. sich conjungiren wolte, in Schlesien, Mähren und Böhheim ihre heill versuchten. Und würde also I. K. M. gezwungen entweder den von Wallstein auss dem Reiche abzufordern oder eine unter (?) armee aufzurichten, welches I. K. M. in solcher kurtze Zeit zu thun unmöglich. Und so keine diversionen in den ländern vorgehen werden, wirdt I. K. M. alles was sie aufbringen kann im Reich schicken, und den sedem belli ganz dort nehmen.

Wan auch I. Kays. M. auss Polen nicht eine geringe ahnzall leichte Phferde haben kan, alsz halten I. F. D. vor hochnötig dass man eine faction darinnen ahnstellen thete, und dieselbe könnte geschehen durch hülffe I. K. M. in Schweden, I. Churf D. zu Brandenburg, und auch durch I. F. D., alsz der viel wollgeaffectionirte Freunde in Polen hatt. Wollte auch souden woll den Tartarn dahin bringen, dasz er einen Einfall thete.

Zum 3. halten I. F. D. auch for rhatsamb, dass der König in Frankreich, der König in Engellandt, die Hollender und Venetianer bey der Ottomanische Porta debito modo ahnhielten, das dieselbe a partibus serenissimae unionis verbleiben wollte. Dann dieweil I. Kays. M. lender den Türcken ahn allen orten zu nachbarn haben, wan dieselbe den nur ihre praeparationen sehen lassen, sind I. Kays. M. auch gleichsamb gezwungen ihre volck ausz dem Reiche abzufordern, oder noch eine andere auf der bene zubringen und dieselbe in der Styrmarck, in Krainten, Ostreichn, und an andere ortern zu legen, ihre vires zu zertheilen und unsegliche uncosten anzuwenden, welche ietziger zeit weder die ländern noch I. Kays. M. aufbringen oder erschwingen können. Und hiezu er bieten sich auch I. F. D. allen möglichen Fleisz bey der Porta ahnzuwenden.

Wann aber nun I. F. D. ehe und bevor sie von E. K. M. ein resolution erlangen, und solche union geschlossen werde, nichts feindseliges anfangen können, so er bieten sie sich doch, dass wo in sie underdessen dem gemeinen wesen subleviren und behuelfflich sein können, nicht an ihr ersitzen zu lassen. Als nemlich sie wollen darahn sein, dasz der gemachte friede zu offen vom Türkischen Kayser nicht solle approbirt und ratificirt werden. Den die vezirn haben solches I. F. D. arbitrio et beneplacito heimgestellt. So wollen auch I. F. D. durch die ihrige auf diesen ungarischen Landtagh derahn sein und sich bemühen, dasz die Kays. M. kein ungarisch kriegsvolck aufbringen könne, welches sie willens gewesen im Reich zuschicken.

Über diesen wellen auch I. F. D. ihre reise nach Caschau so starck anstellen, dasz die Kays. M. ein auge auf ihme haben müsse, und also verursacht werde die consilia de subsidiis in imperium mittendiss aufzuscheuben oder woll gentzlich zuverndern.

Diesz ist also was E. K. M. ich wegen meinem gnedigsten Fürsten und Herrn hab vorbringen sollen, und vorüber I. F. D. E. K. M. resolution und meinungh freundligst bitten und erwahrten.

Aláírás nélkül. Quadt gyűrűpecsétjével.

Eredetije a kopenhagai kir. levéltárban.

#### IV.

1627. február 28.

*A IV. Keresztély és Bethlen Gábor között létrejött szövetség oklevele.*

Ego Matthias Quad de Wickrod in Zoppenbrugh Serenissimi Principis ac Domini Gabrielis Sacri Romani Imperii et Transsylvaniae Principis, Partium Regni Hungariae Domini, Siculorum Comitis ac Oppoliae et Ratiboriae Ducis Capitaneus, et pro nunc Serenitatis ejus ad Seremissimum ac Potentissimum Principem ac Dominum Dominum Christianum Quartum Daniae, Norvegiae, Vandalorum, Gothorumque Regem, Ducem Slesvicii, Holsatiae, Stormariae et Dithmartiae, Comitem Oldenburgi et Delmenhorsti, aliosque Reges, Principes et Status Christianitatis Legatus, fateor hisce praesentibus, me vigore mandati, a dicta Transsylvaniae Principis Serenitate obtenti, cuius tenor hisce adjunctus, nomine Serenitatis ejus, subsequum iniisse foedus. Promitto itaque et spondeo, nomine dicti Seremissimi Principis ac Domini, vigoreque iam allegati mandati, Serenitatem ejus, omnes et singulos in hoc foedere eam adstringentes articulos, ratos, gratos et acceptos habituram, ac bona fide inviolabiliter observaturam. In cujus rei plenariam fidem hasce praesentes meo sigillo, subscriptioneque roborari volui. Actum Stadae 28 Febr. Anni 1627.

(Gyűrűpecsét.) Mathias Quadt de Wichrodt. (saját k.)  
Sequitur foedus.

Christianus Quartus sat.

Lásd a szerződés szövegét »Adalékok Bethlen Gábor Szövetkezési történetéhez.« Budapest, 1874. 91 s. köv. ll.

Actum Stadae 28. Febr. Anno 1627.

Christianus.

Sequitur Mandatum.

Gabriel Dei Gratia Sacri Romani Imperii Princeps . . .  
 Uniuersis et singulis, quibus hae praesentes litterae nostrae  
 patentes exhibitae et praesentatae fuerint, pro status et dignita-  
 tis conditione, post benevolentiae, studii et favoris nostri com-  
 dignam et officiosam testificationem. benevole et benignissime  
 testatum reddimus. Cum nos hoc tempore Serenissimos aliquot  
 Europae Reges, Principes et Status, Hagae Batavorum, per lega-  
 tos suos eo expeditos conventum iniisse, ac de mediis, quibus  
 afflicta Respublica Christiana, et praesertim misere oppressa  
 Germania in pristinum statum et tranquillitatem redigi posset,  
 maturo consilio, deliberationem suscepisse acceperimus. Nos  
 quoque, pro eo, quo ab initio erga hoc laudabile propositum et  
 commune Reipublicae Christianae commodum ducti summus  
 affectu, huic negotio ex parte nostra minime deesse volentes,  
 Generosum et Nobilem fidelem nobis sincere dilectum Matthiam  
 Quadum ab Wicrott, certorum militum nostrorum Germanorum  
 Capitaneum, nomine nostro legatum eo ablegandum volumus. De  
 cuius singulari fide, prudentia, et rebus agendis dexteritate cum  
 optime persvasi simus, eidem, vigore praesentium, plenam et omni-  
 modam, cum Regibus, Principibus et Statibus praedictis, eorundem-  
 que legatis, sufficientem itidem ad id commisionem habentibus,  
 conveniendi, agendi, tractandi, deliberandi et concludendi, de iis  
 omnibus, quae ad praedictum negotium necessaria et idonea esse  
 videbuntur, Confoederationes, item Contractus, aliasque litteras  
 aut instrumenta super iis erigendi, firmandique potestatem  
 permisimus. Promittentes et spondentes in verbo nostro Princi-  
 pali, nos ea omnia, quae praedictus Legatus noster pacto egerit  
 et concluderit, rata, grata et accepta habituros, ac bona fide  
 atque inviolabiliter observaturos. In cujus rei plenariam fidem,  
 hasce praesentes manus nostrae subscriptione et sigilli nostri  
 authentici munimine roboratas, dandas duximus atque conceden-  
 das. Datum in Civitate nostra Coronae 18. Aprilis A. 1626.

Gabriel.

Stephanus Kovachoczy  
 Cancellarius.

Hoc exemplar concordare cum Originali attestor.  
 Augustus Voigt mp.

V.

1625. november 9.

*IV. Keresztély Bethlenhez küldött követének jelentése.*

Ausz meinem vorgehenden Schreiben sub dato Kaschaw  
 den 6-ten hujus, welches Ich nicht zweifel bey E. F. G. zu recht  
 alnkommen sein wirdt, werden Sie die resolution des Fürsten

ausz Transilvania Bethlen Gabors, er auf meine mir anbefohlen Ahnbringen geben, gnedigst vernommen haben, das Er nemblich so balldt Ihme die Assecuration der Confoederation zukommen wirdt, ihm nechst künftigen Aprilis mit seiner besten Macht aufsitzen und wohin mans am nötigisten zu sein erachten wirdt rücken wollte. Auszer deszen so viel verspüren können, wird er swerlich aufzubringen sein. Gestern bei der letzten Audienz alhier hat er mir befohlen hernach zu sreiben, man solte darzu thuen, und Ihme die Assecuration zeitlich zuschicken, wofern man seiner Hülfe andersz begehrt. Auch wo müglich das der König von Schweden oder Jemandts Anders mit Ihme sich conjungire. Ihre Majestät können Ibro resolution wehn nicht eher doch gegen den 17. Januarii da der des Bethlehems Gesandten zue Berlin sein werden dahin schicken. So kann dieselbe mit den Gesandten so die Braut herein begleiten wiederum hienausz kommen. Denn sonstn die Gefahr überausz grosz ist; wie ich da ebenen maszen kein ander Mittel hienausz zue kommen habe, alsz mit den Gesandten. Wofern Ihre Mayestät die Ungerische Reuterey haben wollen, wie Sie dann sehr nützlich sein, und so hielt ichs vors beste das Sie dem Bethlehem darumb schrieben undt begehrt. Er wölte vor das Ahnritgelldt (?) gut sein so köndte mans Ihnen drauszen geben. Ich bitte ganz gehorsambst Sie geruhen es dahin zu dirigiren das mir die Commission die Ungern zufürn aufgetragen worden, damit ich Ihener hochbeschwerlich und gefehrlich raise ein ergetzlichkeit haben möchte. Ich will mein devoir undt redtliche Arbeit thuen das Ihr Mayestät einen genädigsten gefallen dran haben werden. Geben den 9. Novembris styli novi 1625.

*Kirül*: A treshaut et tres illustre Prince Johan Ernest duc de Saxe Waymar General Monseigneur.

Négy kis gyűrű peeséttel. Egé-zen titkos betű-jegyekkel.  
Mellékelve a megoldás.

Eredetije a kopenhágai kir. levéltárban.

## VI.

1625. december 19.

### IV. *Keresztély Bethlenhez küldött követének jelentése.*

Durchleuchtig Hochgebohrner Fürst.

Gnedigster Fürst undt Herr. Demnach mir diese gewisse undt sichere Gelegenheit vorgestoszen, hat esz meine Schuldigkeit erfordert, das Euer Fürstlich Gnaden Ich mit diesem Schreiben behellige. Undt zweifel gar nicht Ihr Königlich Maie-

stät sowohl Euer Excellenz werden ausz meinem vorgehenden Schreiben genedigst vernommen haben, wessen sich B. G. resoluirt, darauff beruehet es auch noch, allein er will versichert sein, dasz er künfftig nicht im stich gelassen werde *undt ob Ihme zwar auch die Kröhnung des Kayzers sohn Uhrsach zum Aufbruch geben worden, so verstehe Ich doch so viel das Er nichts thue Er sey den durch die Confoederation versichert. Derhalben wirdt man den sachen zu thuen wissen wofern man seine Hülffe vor nötig erachte.* Auf das übrige *die Ungarische Reuterey betreffndt*, undt wessen ich mich sonstn fernier verhalten solle, ist mir noch zur Zeit keine Antwort von E. F. G. zukommen, ob Ich zurückkommen oder allhier weiter verharren solle, denn Ich die Zeit nicht gern vergebens zubringen, undt also keine Beförderung versäuhnen wolte. Bitt derhalben gantz gehorsambst um genedige resolution und verbleibe

Ihr Maiestät

sowohl Euer Excellenz unterthänigster gehorsamste Geben  
E. v. Berbistorff.

Caschaw den 19. 29. Decembr. 1625.

A Son Excellence le Prince Johan Ernesto Prince Saxonia Weimar General.

Gyürüpecsét. Eredeti. Az aláhuzottak chiffrek.

Közli: FRANKÓI VILMOS.